Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vulgari hominis definitione, qua dicitur animal rationale

Rötenbeck, Georg Paul
Esper, Johann Daniel

Altdorfii, 1695

Kolophon

urn:nbn:de:bsz:31-102720

Visual Library

DIfficilis certe Logica eſt Deſcriptio MENTIS,
Sed mage difficilis, quando ea Corpori ineſt:
Nunc Hominem ESPERUS dum definire laborat,
Vtraq; fit facilis: *Laus manet hinc & Eum.*

quod ipſum Tetraſtichon,
cum voto
μυελομακαελομακροβιότητος
lmq;. appoſ.

DAN. GVIL. MOLLER,
Univerſit. h. t. RECTOR,
Comes Palat. Cæſar. & Prof. Publ.

A*Vtor ſedule diſputationis,*
Quæ verum eſſe hominis *pererudita*
Pagella exhibet explicatq;, macte
Hac virtute nova! Meres decentes
Tu laudum titulos. Tibi ergo plaudo,
Et, punctum probitas tua omne portet,
Opto. Sic Superi Tibi favebunt,
Vt ſis verus homo, & beatus *idem.*
Qui non verus homo *eſt*, beatus *haud eſt.*

De ſpecimine hoc inaugurali gratulaturus
eleganter docto DN. CANDIDATO
approperabat

CHRISTOPHORVS Sonntag/ D.

DUm Tibi tam cordi eſt vox aurea: γνῶθι σεαυτόν:
Næ ſapis! & merito digna brabéa capis.

Clariſſimo DN. CANDIDATO, *Amico ſuo*
ob inſignes animi dotes morumq; integritatem æſtumatiſſimo, lubens meritoq; ſic
applaudit

PRÆSES.